



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

98 D. ALCHIMI AVITI

Cum dominis pereunt famuli, natique potentum
 Permixta cum plebe cadunt, vilisque perinde ac
 Quem tenet aurati morientem purpura fulchri.
 Serica ducuntur nihili ut pannosa, parique
 Disparibus stratis sternuntur corpora leto.

Non quenquā mors æqua timet nō excipit ullos
 In viuis tantum qui discernuntur honores.

Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur
 Ditibus ut parcat: nullo corrumpitur auro
 Angelus, æqualique exterminat omnia lance.
 Aegrotum sanus longe uer iunior ante
 Migrat: quūque omnes eadē mors percutit, vnu id
 Et solum supereft vita discrimin in illa,
 Viuant ut meritis superata morte, suique
 Præmia suscipiant dudum promissa laboris,
 Qui superum in terra monitis studuere tenendis:
 Contra qui tantum carni indulser, neglecto
 Spiritu, in æternos rapiantur protinus ignes.

C A P V T XII.

Ergo ubi percussas soboles confusa repente
 Aula videt, currut flentes ad funera matres,
 Pectora contundunt pugnis, crinesque reuellunt
 Vnguisbus, & nigras festinant scindere malas.
 Nec

Nec paucæ planxere diu, mox occupat omnes
 Luctus quāq; suis, sonat vnuis in æthere clamor
 Non vno ex fletu: gemitu conterritus aēr.
 Hulla vacās a morte domus : tum lumine multo
 Tota curatur populosum funus in vrbe.
 Cogunturq; suam prolem mōrere merentes.
 Nec iam funebres peragi cum funere ludos
 Turba dolorq; sinunt, tātus tremor occupat oēs.
 Quinetiam nīsi plebeios & honore carentes
 Sacraffent igni, aut fossa tellure locassent
 Nullæ sufficerent capiendis omnibus vrnæ.

C A P V T XIII.

TVm regem circum commoto murmure sistit
 Mœsta cohors, tristesq; trahēs ex ore loq;las
 Heus (inquit) nostris aduersa potentia rebus *Questus*
 Hebræi populi, toties cui vindice dextra *Aegypti.*
 Militat omne malum, totus cui deniq; mundus
 Seruit, & irato succedunt prospera cœlo.
 Vis quædam secreta Dei, maiorq; potestas
 Hec insceptræ furit; gentemq; vlciscitur ipsam.
 Quin etiam nostræ seruant contraria genti
 Victores elementa suos; coniurat in omnes
 Et cœlum & tellus Pharios, coniurat, & aēr.

h 2 En facet